



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 2. An in Cambio reali licitum est lucrum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

tingitur solutio alibi facienda, & sit in eodem loco cum lucro. Dicitur siccum, quia caret humore, seu justo titulo ad lucrum parendum. Unde à Pio V. Bulla *In eam omne cambium siccum declaratur usurarium.* Hinc patet lucrum ex eo perceptum, esse injustum & restituendum.

Cambium reale dividitur in manuale & locale. Manuale seu minutum, est permutatio monetæ diversæ speciei, & rationis, ut aureæ cum argentea, minoris cum majore, patriæ cum externa, &c. & vicissim. Locale, seu per litteras est permutatio pecuniae præsentis cum absente, ut si des hīc, Titio pecuniam & Titius tradat tibi litteras cambiū quarum operæ sandem summam recipias Romæ.

*Q. 2. An in Cambio reali licitum est lucrum?*

*Resp. Aff.* Modò sit moderatum, & secundum leges aut consuetudinem locorum, vel communem peritorum estimationem: nam tale lucrum in cambio manuali percipitur non solum ratione lucri cessantis, aut damni emergentis ex cambio, sed etiam ratione laboris & operæ in conquirendis, coacervandis, custodiendis variis speciebus monetarum, & in numeranda pecunia, &c. in Cambio verò locali ratione trajectoris realis vel virtualis pecuniae de loco in locum, cui trajectio faciendæ campsor operam suam locat, suscepto in se omni labore, & periculo: quæ quidem opera,

*Tom. II.*

*N.n*

*labor,*